

Prorege consulto, prouidebunt: Iuxta id, quod praecepit in schedula Anni 1620. quod scilicet in Hispaniam remittantur. Sed quis erit redens, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua.

C A P V T XI.

De Auditore pro defunctorum bonis Iudice constituto. Et qualiter illius possit conscientia in huius officij executione grauari.

§. I.
Explicatum officium d^r prior pro illo resolutio.

Tribunalis 76 **S**anctum quidem hoc Regum nostrorum inuentum, ut ab intestato dece-
dibus, aut quorum haereses ab-
sentes sint, vel etiam legatarij, piaque opera in Hispaniā facienda mandauerint, non desit, qui eorum ultimas impleri faciat voluntates; Perinde sunt enim semper iniuriae facultates absentium, & quodammodo videtur occasio homines in delictum trahere, qua non potest animum prouidentis de resultatione terrere, vt Cassiodorus scribit Lib. I. i. 5. Vnus ergo ad munus hoc Auditorum adlegitur bie-
nali successione, ab vnā classis expeditione usque ad aliam, quando collecta solent remitti bona; sic enim recte administrationi usum est opportuni-
tiori post industria responderi. Suum igitur Iudex talis habet tribunal cum necessariis mini-
stris, & causas omnes in primā cognoscit, & con-
cludit instantiā, qua ad talem spectant collec-
tionem. Potest tamen circa hoc multipliciter peccari, & quod sancte institutum est, in damnationis argumentum detorqueri: circa quod

Assertio. Peccare grauiter Auditorem clauem arca aliis tradentem.

77 Dico primò. Cūm arca haberet debeat trium clauim pro bonis prædictis asseruandis, quarum unam ipse habere debeat Auditor, duas alias præcipi ministri; peccat ille grauiter, si eam non teneat apud se, sed alii tradat, aut non afflant quando est aliquid extrahendum. Id constat; quia ex negligentiā, aut nimia confiden-
tiā istā, statim appetit, quam ingentia possint incomoda resultere, & quidem lex ita disponebat, de qua Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 7. n. 6. & in Politicā lib. 5. Cap. 7. pag. 799. s. Pero final-
mente, nihil superuacuum in hac cautione præscribit; ergo id ad plenam securitatem omnino ne-
cessarium iudicavit; qui ergo circa hoc negligenter se habet, grauiter peccat, quia ex eo fit plenam securitatem non haberi. Videat iudex, si in ar-
ca tali suas haberet facultates, an illius clauem à se pateretur auelli, & inde colligat qualem erga bonorum ad defunctorum spectantium curam, & custodiā debeat adhibere. Non hoc quidem leuis, aut leuissima culpa negorium est, sed latè: que cūm datur, communis Doctorum sententia, Jun sic disponenti, conformis, graue in eo piaci-
lum cum restitutionis onere recognoscit. Pro quo videri potest. P. Lessius lib. 2. Cap. 7. n. 24. & Bonacina Tom. 2. Disp. 3. que est de contractibus Quaest. 1. Puncto 6. & alii passim, qui cul-

pam latam sic explicant, vt sit defectus diligen-
tia in re alterius custodiendā, quam solent ho-
mines adhibere in suis rebus custodiendis. Si ergo quis thesaurum suum habens in arca, alteri clauem non traderet, vt apud se diutius haberet, aut cūm extrahendum aliquid esset, id minimē alterius curæ committeret; signum manifestum est, in huiusmodi defectu erga arcā dictam cu-
stodiendam, graue ab Auditore iudice crimen admitti. Ante annos aliquot vidimus in hac Regum vrbe notable in hoc genere portentum: ex arca enim diuā immensa est diuitiarum copia furtum extracta, pessimi tabellionis industria, qui erat ē tribus clauigeris vnuus, iuxta id, quod lege disponitur: & licet solus in pena fuerit suspensiō addictus, culpa tamen solius non fuit, cūm de-
positum illud autētiori seruari custodiā debuisset.

Quando
contingat.

§. II.

Duplex pro eodem Assertio.

78 Dico secundò. Iudex prædictus grauiter peccat, & cum restitutionis onere in collectione bonorum expensas multiplicans, ut ministros, aut familiares ita sibi obsequientiores reddat, aut aliis humanis respectibus, vbi di-
uini tantum attendendi. Hoc ita est planum, vt non egeat probatione: in quo sapienter peccare communis testatorum persuasio videtur com-
probare, qui, vt bona, qua relinquunt, in potes-
tatem tribunalis huius non veniant, & sic dimi-
nutionem notabilem patientur, haereses confi-
dentiarios designant, & facienda in Hispaniā o-
pera pia aut alia tribuenda legata eorum fidei
committunt, instructione secreta. Fit ergo pie-
tatis depositum, auaritiae spolium, & grandis quandoque census expensarum titulo ad mife-
randam redigitur parvitate. Non ergo pec-
cant si in extremis disponentes, vt rebus suis con-
sultant, neque ipsis operam præstantes suam, vi-
timarum voluntatum administrati meliores.

79 Vbi dubitari potest an executores tales à iudice præfato sub iuramento interrogati, veri-
tatem dicere teneantur, vel abstractione aliquā eam possint occultare. Ad quod dico non teneri, si contra eos semiplena probatio non sit, iuxta satis receptam sententiam, quam tenet P. Lessius Lib. 2. Cap. 31. Dub. 3. num. 8. P. Thomas Sancius Lib. 3. Operis moralis, Cap. 6. num. 26. vbi quamplures adducit. P. Vincentius Tancredi de Religione Tract. 4. libr. 3. Disp. 3. numer. 26. & alii. Idem etiam dicendum, si dubitet an iuridicē interrogratur: quod etiam tenet P. Lessius, suprad. num. 10. P. Vincentius. s. Vel si dubium. P. Fa-
gundez lib. 2. in Decalogum Cap. 11. num. 18. adducens præter P. Lessium citatum, Caietanum, So-
tum, & Adrianum. Cuius sententia non est leue fundatum, quod in dubio potius fauendum est reo, nec certum onus ab incertā est potestate sub pena aeternae damnationis admittendum. Si autem legitima ad interrogandum fundamenta sint, etiam in eo casu probabile est non obligari ad manifestandam veritatem sed amphibologā vti posse, dicendo testatoris voluntatem eam esse, quam verba testamenti declarant, eam inquam, quoad scripturam, quia sic scribi voluit vel aliter,

Heres con-
fidentia-
rius an-
ivare posse ce-
lans veri-
tatem.
pro quo
probabilis
doctrina
adducen-
tur.

Si dubitet
de iuri-
dicā interro-
gatione.

Et etiam
legitima
quia fa-
tum non
est crimi-
nosum.

Que sit di-
latio nota-
bilis.

si sub

De Auditore Iudice bonorum Defunctorum.

fi sub aliā verborum formā interrogatio proponatur. Probatur ex doctrinā P. Sancij suprad. n. 29. vbi ait quores factum exterius contra legem excusatū a culpa ratione alieuius circumstantia, posse rogatum iuridicē de illo facto, id negare, intelligendo de facto criminoso. Quod & tenet Diana Part. 3. tr. 6. ref. 3. s. 15. P. Lessius suprad. n. 14. addens id verū esse, etiam factum contra legem non excusatū a culpā veniali. Item ex doctrina eiusdem P. Sancij suprad. n. 24. vbi ait iuridicē interrogatum posse aquiuocatione vti, quando non tenetur ob aliquam causam testimonium ferre; vt quia ipsi damnum notabile sequeretur &c. In causa autem nostro ita contingere, quia veritatem aperiens non parum grauari posset, tum vt legis transgressor, quanvis vere talis non sit; quia lex Iudicem bonorum defunctorum consti-
tuens, neminem verat confidentiā vti, aut iuxta eam procedere, sed iuxta manifesta prouidentiam vult Regiam exerceri. Tum item, quia plura extorqueri possent, quām re ipsa sibi concredita fuerint, & litibus molestissimis pro eo, quod sua nihil interest, perturbari: & doctrinam dictam probat P. Tancredi citat. n. 26.

80 Et propter eamdem rationem ingentium detrimentorum in facultatibus relatis, poterit quis habens aliqua defuncti ab intestato bona, aut de quibus, etiam factus fuit, non constat, eo quod testamentum factum aliquot per annos ante mortem fuit, ea non manifestare iudici, sed cum omni securitate ad haereses transmittere; sic enim voluntate defuncti melius exequitur, & viventium utilitati melius consulitur. Quod aliunde potest ostendī, ex communī scilicet sententia de legibus in præsumptione fundatis, quod scilicet non obligent, quando præsumptio in causa particulari deficit, & quando finis adaequatus esset in particulari: pro quo quamplures Auto-
res adducit Diana Part. 1. Tract. 10. Resolut. 27. & 28. Cum ergo finis legis statutis præsumptio iudicem, ille sit, ut morientis voluntates impleantur, & eō quod non ita impleri, cum execu-
tio priuatis personis committitur, bonis conjecturis præsumatur: ex eo habetur posse quemvis prædicta exequi, in quo præsumptio talis nullum habet fundamentum; cum aliunde maior in eo deprehendatur pro viuis, & mortuis utilitas, quam præsertim Catholicī Reges talibus statutis intendunt.

81 Dico tertio: Peccat grauiter index prædictus, cuius negligentiā executio circa bonorum dispositionem retardatur. Ratio est clara: quia ex tali retardatione grauia sequuntur in-
comoda. Nam in primis defunctorum non implentur voluntates. Deinde tamen multis ani-
marum suarum suffragiis defraudantur. Quin etiam ij, ad quos bona spectant, eorum fructu priu-
tantur. Ob quas rationes peccati grauius rei iudicantur testatorum executores, qui dispo-
sitiones testatorum diutius protraheunt. Pro quo videri potest P. Molina Disput. 251. s. dubium item. P. Thomas Sancius Tom. 2. Consilior. lib. 4. Cap. 1. Dub. 53. qui alios adducit, præsertim Concl. 4. Quia autem sit notabilis dilatio non potest certis regulis designari L. Nulli. C. de Episcopis, & Clericis dicitur, sine villa cunctatione. Quis autem non videat per mensis aliquot cunctan-

Theauri Indici Tom. I.

Sententia
circa obli-
gationem
dicende
Missas.

Assertio 4:
Pecunias
Collectas
pro nullo
effectu ex-
trahit posse.

Regi ma-
tua dari
possunt.

Assertio. 5:
Grauiter
etiam pec-
cari exten-
sione iuri-
dictionis.

Difficul-
ties circa
bona Cle-
rici mo-

tem, dici non posse sine villa exequi cunctatione. Sunt tamen, qui in Sacerdotibus ad Missas di-
cendas ob stipendum receptum obligatis, duos menses non censemant notabile esse spatium, bene autem ulterius. Pro quo videri potest Diana Tom. 1. Tract. 14. Resolut. 25. & Hieronymus Garcia in Summa morali de Sacerdotio Tract. 3. diffi-
cult. 10. dub. 8. & dicenda à nobis infra in Appen-
dice pro Clericis post Titulum. 19. numer. 3. Iuxta quod in casu nostro idem poterit non improba-
biliter sustineri. Quamquam in ordine, ad ea, quae ad Hispaniam sunt transmittenda, aliter philosophandum videatur. Si enim ob neglig-
ientiam duorum mensium elabatur occasio transmissionis, spatium iam nimis longum est; cūm annus præterea integer expectandus sit, qui inter expeditiones classis solet currere, si autem non elabatur occasio, neque propter dilationem debita fiant deterioris conditionis, quæcumque illa sit non videtur graue in illa peccatum reperi-
ti: cum nullum ex eā damnum euquam subse-
quatur.

82 Dico quartò: Collectæ defunctorum pecunias nullo modo possunt negotiationibus exponi, siue ad iudicis comitodium sive aliorum, neque ad necessitates qualibet, quantumvis pu-
blicas & virgentes, incurriri aut etiam mutuari; & hæc quidem omnia satis ex se videntur iusti-
tia conformia; eodem enim modo pecunia ista tractandæ sunt, ac si illas morientes reliquerunt, viui adolescent, & ita nullus eas contractare contra eorum posset voluntatem, nisi furti crimi-
ne diffamandus. Nihilominus ad maiorem firmitatem legibus stabilita sunt, de quibus Dom. Solorzonus num. 6. & quod ad negotiations at-
tinet, infra dicuntur, cūm de Regiis Offi-
cialibus subierit fermo. Quod autem non pos-
sint in necessitates alias converti, non tollit com-
munem doctrinam, iuxta quam dispositiones defunctorum mutari possunt in alias, quando illæ nequeant executioni mandari, aut converti in meliores, iuxta aliquorum sententiam: pro qui-
bus videri potest Pater Thomas Sancius Tom. 2. Consilior. Lib. 4. Cap. 2. per septem priora Capita. Id autem; quod de mutatione dicitur, non ha-
bet locum respectu Regis, qui si mutuum aliquid posset, aut in sua lege dispensat, aut declarat non sibi, sed alii impositam fuisse, cūm in eo non sit periculum, quod in aliis solet esse certissimum.

§. III.

Circa iurisdictionem notande decisiones.

83 Dico quintò. Iudex dictus grauiter peccat suam iurisdictionem extendens; id planum, sed quia non semper obseruat, opus fuit Regio rescripto specialiter admoneri, de quo Dom. Solorzonus num. 31. & in Politicā pag. 803. s. Y sempre: apud quem videri possunt aliqua, in quibus committi talis excessus potest, præser-
tim circa personas, aut bona ecclasiastica, in qui-
bus multiplex esse quæstio potest.

Prima; an cum Clericus ab intestato mori-
tur, & haeres est laicus, se iudex præfatus intro-
mittere possit circa eorum collectionem, & reli-

L 2 qua

riensis ab
intestato,
cuius heres
sunt
laici.

Concilij
Limericis 2.
Decretum:
circa cuius
senatum in-
quiritur.

Excellior
intellectus.

Difficultas
2. de Cleri-
co intesta-
to, cuius
heredes sunt
Clerici.

Lex Regia
colligi à
laica pote-
state fla-
tueris.

Cotriarium
firmatur,
non obstan-
te domini-

qua ad ea spectantia, sicut in aliis. Circa quod Dom. Solorzani ut certam statuit partem affirmatiuam, quia bona illa jam sunt laica, & fori priuilegium amittunt, cum ad laicum dominium spectent juxta Auctores, quos refert, n. 33. & in Politica s. Lo tercio, post aditam inquam hereditatem, juxta L. cum heredes 23. n. de acquirendâ vel amittendâ possesse. Sufficit tamen jam Clericum illorum dominium non habere. Pro quo & stare Concilium Limerense secundum Parte 1. Cap. 107. affirmat idem num. 34. & in Politica Pag. 804. Col. 1. illius enim verba sunt: si alius Clerigo muriere ab intestato, sus bienes sedem à suis heredibus, por el Iues Ecclesiastico, o por el lego, si no fueren Clerigos. Sed Concilii aliam mentem esse videri alicui posset; tantum enim velle videtur bona Clerici morientis ab intestato per judicem Ecclesiasticum hereditibus tradenda, quicunque illi sint; bona autem laicorum per laicos, quando heredes laici sunt; & hic apparet planus, & manifestus sensus; alius autem minime congruens, illud enim, O por el lego, si no fueren Clerigos, nequit cadere supra heredes, sed supra morientes. Cum enim Episcopi circa executionem testamentorum auctotoritatem habeant, declarare Concilium voluit, cum laici ab intestato moriuntur, eorum bona hereditibus tradere ad laicos iudices pertinere. Nihilominus explicatio ista non quadrat, & prior proflus standum; cum enim dicit, sus bienes sedem à suis heredibus, de bonis Clerici ab intestato morientis manifeste loquitur, que addit tradenda hereditibus per judicem Ecclesiasticum. Quando ergo subdit: O por el lego si no fueren Clerigos, de eisdem bonis agit, & ita illud si fueren Clerigos ad heredes referendum; non enim potest ad morientes referri, cum tantum agatur de bonis ad Clericum pertinentibus; eset enim sensus implicantium inuoluens; quod scilicet bona Clerici tradantur hereditibus per iudicem laicum, quando talia bona sunt laici ab intestato morientis. Que quidem oportuit aduertere; non enim desuit, qui circa hoc passus fuit deceptionem.

84. Secunda: An idem sit, quando Clericus est heres Clerici ab intestato morientis. Circa quod videtur similiiter affirmandum ex rescripto Regio, quod extat Tomo 1. Pag. 396. & in Sumario Lib. 3. Titul. 4. l. 26. in quo sic dicitur: Os mando proueas, y des orden, en que los bienes de los Clerigos, que de aqui adelante murieren, se metan en la dicha caxa de bienes de difuntos de la misma manera, que si fuesen de legos, sin hazer diferencia muriendo ab intestato. Sed hoc non obstante contrarium asserendum; cuius ratio est clara; quia bona illa priuilegium fori non amitterunt, cum ad Ecclesiasticam personam spectent, & in transitu de uno ad aliud non sint facta deterioris conditionis.

Quod si dicas non esse defuncti, neque etiam alterius, qui potest succedere, quia dominium non capit, nisi per aditam hereditatem, quod fit affectu ante verbo, aut facto iuxta citatam L. Heredes, & communem Doctrinam: pro quâ vide P. Lessini Lib. reditatem. 2. cap. 3. num. 6. Id certè non obstat; quia licet ita sit, & dominium non detur; est tamen ius ad rem, ratione cuius addicta sunt talia bona, & affecta Ecclesiastica personæ, & dominium in via, pro quo tantum requiritur significatio voluntatis; & quidem bona talia non sunt laica, cum

ad laicum non pertineant, ergo neque ad laicam illorum administratio spectat potestatem. Non ergo potuit oppositum præstatæ lege decidi: unde Quid ad legem praefatam repondendum, Dom. Solorzani can tantum vult procedere in casu præcedentesquatenus pro illo eam tantum adducit, & statim de præsenti agit, speciale in illo difficultatem recognoscens. Sed certè illa generaliter loquitur, cum nullam haberi differentiam velit inter Clericorum & laicorum bona, non videtur prædictam pati explicationem. Vnde responderi potest, sicut ipse num. 36. ad similes leges respondet, eas scilicet non habere locum contra Ecclesiasticos, cum Martha de Iurisdict. 4. p. Cent. 2. Casu 66. de quo iterum.

85. Tertia. An saltem quando laicus ab intestato moritur, & heres est Clericus, iudex prædictus possit bonorum facere collectionem. Cui similiiter videtur respondendum ex adducto fundamento: nam talia bona morte laici definit esse laica, & jam incipiunt ad perfonam Ecclesiasticam pertinere: ergo non licet iudici laico circa illa se intromittere. Vnde & plures censem in casu, quo laicus Clericum herèdem testamento dixit, publicationem non esse faciendam à iudice laico, sed ab Ecclesiastico. L. Publicata. C. de Testamento. Cui consonat L. 14. & 15. Titul. 4. Lib. 5. Recopil. Licet contrarium cum aliis tenet Couarruias Practicar. Cap. 8. Conclus. 1. & P. Fragolus Tomo 3. Pag. 232. s. 89. Sed quidquid de insinuatione sit, in qua est specialis ratio, quia nondum publicato testamento, non constat authenticè quis sit heres; in casu nostro adducta vrget instantia: testamento enim publicato jam est notorum hereditatem ad Clericum pertinere, & ita nequit iudex laicus suam circa hoc jurisdictionem ampliare.

86. Quarta: cum in iis quæ ad prædictam collectionem spectant, & personas Ecclesiasticas concernunt, vel quia defuncti debitores, vel depositarii, aut aliter, possit iudex, de quo agimus, contra eos procedere, & si quæ orientur litigios coram fe comparere iubens, terminare. Et pro parte affirmatiuam videntur stare aliqui, quorum meminit Dom. Solorzani num. 36. & Politica

5. En laquel, sicut, & cuiusdam Regia schedula ad instantiam unius ex huiusmodi iudicibus expedite, quæ hoc videtur decerni. Sed citatus Author contrariam affirmit esse securiorem, & circa schedulam id ait, quod iam vidimus num. 84.

Pro cuius confirmatione iuuat Couarruia doctrinam, & animaduersiōem adduxisse. Qui Cap. 8. citato Conclus. 3. cum multis probat Clericum herèdem laici defuncti nondum aduersus eum ceptâ lice conueniendum esse apud iudicem Ecclesiasticum, etiam si laici heres ad iudicium vocetur ea actione personali vel mixta, que aduersus defunctum actori competebat, quod est Pontificii iuri dispositioni conforme. Addit tamen veteres quosdam contrarium probasse opinionem, & hanc secutos viros illos doctissimos, qui iussu Regis Alfonsi X. Particularum leges concinnarunt, vi apparent ex L. 57. Titul. 6. Parte 1. iuxta lectionem, quam ipse ait, & probat esse veriorem. Post quæ ita subiicit: Tametsi iuri Pontificio, ac denique receptissima opinioni omnino contraria: Couarrue nec video in istam aliquam rationem à iure Pontificio deuia. ductam, quæ potuerint induc Regiarum legum conditores,

Difficultas
3. de laico,
cuius heres
est Clericus
circum quæ
eadem resolu-
tio.

Ad quem
spofiat pu-
blicatio.

Difficultas
4. circa Ec-
clesiasticos
debitores,
etc. anpos-
sit iudex
jurisdictio-
nem suam
exercere.

Affiratio 6.
suffragiorū
sumptus no-
tose quin-
tam bono-
rum pastē
excedere:
Et quid
circa Mis-
faranum mu-
nerum.

Notandum
documentū
circa lega-
cias, que
Iuri Ponti-
ficio viden-
tur esse co-
traria.

De Auditore iudice bonorum defunctorum.

communia sint, multorum tamen pietati videntur conformari.

89. An autem tota bonorum quinta pars pro animâ possit defuncti expendi, in dubium est reuocatum. Et Dom. Solorzani num. 44. & in Politica Pag. 806. s. El qual Doctor Carralé judicium adducit, qui censuit affinitatiā sententiam ex vulgarī traditione originem ducere, quod scilicet illa præcisè, & nihil ultra expendi possit, & nullo id iure probari. Videtur autem cum distinctione jam indicata respondendum. Ut si quinta pars in notabilis quantitate sit, non debet tota pro animâ defuncti expendi, quando minoribus expensis potest id præstari, quod communiter hominibus similis conditionis impendit, cuius arbitrium Regia relcripta iudicii præsatio remittit: si autem minoris quantitatatis sit, quām vt possit ad prædicta sufficere, plus poterit aliquid ad pia humana officia conferri. Et quidem si is, qui intestatus mortuus est, heredes haberet prælentes, vt non esset locus bonorum collectioni à iudice dicto facienda; non tenebrent illi totam eorum quintam partem pro animâ defuncti expendere, si pinguior esset; neque illa esse contenti, si plus illius statutis conditio postularer: iuxta Doctrinam P. Molinae Disput. 236. P. Molina Deinde vero: vbi ita scribit: Quando autem defunctorum in intestato discessit, de rō acerno bonorum facienda sunt omnia, que equis possunt; ut & pro defuncti animi, atque in honorem illius sicut: reliquum verò inter heredes est equaliter dividendum. Sic ille, qui idem afferit de ea quinta parte, quæ superest, tunere & legis soluti, quando defunctus facto testamento decepsit. Cum ergo iudex præsentiam suppletat absentis, eodem, quo ille, modo, juxta æquitatem regulato se gerere debet, ne, dumaniæ alterius consulit, circa propriam lethale patiatur detrimentum. Omittò allia, quæ ad conscientia negotiorum non spectant, de quibus videri potest D. Solorzani: circa illa enim immorari prolixioris effet opera, quod & jam generaliter admonui, & iterum juuat admo-

An tota
quinta bo-
norū pars
pro anima
potest
expende-
re defun-
ctorum.

Ad plus a-
liquid quæ
dique esse
obligatione.

P. Molina
Deinde vero: vbi ita scribit: Quando autem defun-
ctorum in intestato discessit, de rō acerno bonorum facienda
sunt omnia, que equis possunt; ut & pro defuncti

animi, atque in honorem illius sicut: reliquum verò
inter heredes est equaliter dividendum. Sic ille, qui
idem afferit de ea quinta parte, quæ superest, tunere & legis soluti, quando defunctus facto
testamento decepsit. Cum ergo iudex præsentiam
suppletat absentis, eodem, quo ille, modo, juxta
æquitatem regulato se gerere debet, ne, dumaniæ
alterius consulit, circa propriam lethale
patiatur detrimentum. Omittò allia, quæ ad
conscientia negotiorum non spectant, de quibus
videri potest D. Solorzani: circa illa enim
immorari prolixioris effet opera, quod & jam
generaliter admonui, & iterum juuat admo-

S. IV.

Quid effici pro animabus oporteat de- functorum.

88. Ideo sexto: iudex talis circa suffragia pro defunctis facienda, cā vti moderatione debet, vt quintam bonorum partem, si ea sit notabilis, non excedant, & Concilium quidem Limerense secundum Cap. 107. quadragesima Missarum numerum excedi prohibuit in iis, qui intestati morerentur. Quod quidem temporibus illis videri sufficiens potuit, quando & patrimonia erant tenuia, & pauci Sacerdotes: cū tamē jam res alteriter se habeat. Possunt ergo Missæ numerosiores dici, juxta defuncti, & facultatum eiusdem conditionem, verosimili capta conjectura, de eo, quod defunctus ipse pro se fieri vellet, si testari contigisset. Non autem amicos sibi facere de mammona iniurias, largè in hos, & illos familiariter, aut cognatione proximos, Missarum stipendia conferentes. Quod præsentione attendendum, si defuncti heredes filii sint, aut parentes: nam si alii, plus aliquid potest pro anima illius impendi. Possunt etiam illæ fieri eleemosynæ, quas communiter dari jubent, qui testari moriuntur, & dic solent legata virginis Mandas forcotis, & etiam alia, quæ licet non ita

Theauri Indici Tom. I.

CAPUT XII.

De Auditore Regiæ classis visitatore, & nonnullis aliis ad specialia munera deputatis.

S. I.

De quatuor ex illis.

D Ecando id Senatus incumbit, quan-
do ex Panamenti portu Regia classis, in
classis reddit, in quā Regius theaurus qibbus gra-
uitate pecunie con-
tingat.
exportatus: cū enim ex Callaensi soluit, ad
Proregem ipsum spectat visitatio. Ad quæ autem
visitatio haec se debeat extendere, probè ipsi client;
id autem viderit speciale, an mercibus oneræ
nates redant, quod fieri veritum; quia & jura
fraudantur Regia, ve regalibus non solutis; &
nates ipsæ, quæ maximis aptantur expensis,
mercium transvectione dama ingentia patiuntur;
qui etiam tardiores in cursu redduntur,
vnde